Pauet admirans natura mortalis ⁊ que-
rit: quis eſt iſte rex glorie: **Dñs fortis et
potens.** Dominꝰ fortis ⁊ potens: quē tu
Alia lr̃a. infirmū ⁊ oppreſſuz putaſti. **Dñs potēs
† ꝑlio. in †bello.** Contrecta cicatrices: ⁊ ſenties
reparatas: ⁊ imortalitati redditā infirmitatē
humanā. Perſoluta eſt que debebat ter-
ris: vbi cum morte belligerata eſt clarifica-
tio dñi. **Tollite portas principes
veſtras:** Hinc iam ꝑgatur in celū. Excla
met iterum ꝓphetica tuba: Tollite portas
etiā celeſtes ꝑncipis vñi q̃s habetis in ani-
mis hominū: qui adorant militiā celi. **Et
eleuamini porte eternales:** Et eleua
mini porte eterne iuſticie: caritatis: ⁊ caſti-
tatis: ꝑ quas anima diligit vnū verū deū:
⁊ nō fornicat̃ ſub multis q̃ appellantur dij.
**Et introibit rex glorie.** Et itroibit rex
glorie: vt ad dexterā patris interpellet pro
nobis. **Quis ē iſte rex glie:** Quid ⁊
tu ꝑnceps poteſtatis aeris huiꝰ miraris et
queris: Quis ē iſte rex glorie: **Dñs vir-
tutū ipſe eſt rex glorie.** Et vt iam viui
ficato corpore ſupra te ꝑgit ille temptatuſ:
ſupra omēs angelos tendit: ab angelo ꝑ-
uaricatore ille temptatus. Nemo veſtrū ſe
obijciat atq̃ intercludat iter noſtrū: vt tā-
q̃ deus colatur a nobis: neq̃ principatus
neq̃ angelus: neq̃ virtꝰ nos ſeparet a ca-
ritate chriſti. Bonū eſt ſperare in domino
q̃ ſperare in ꝑncipe: vt qui gloriat̃: in dño
glorieẗ. Sunt quidē iſte in huiꝰ mūdi ordi-
natione virtutes: ſed dñs virtutū ipē ē rex
glorie. Explicit Tractatꝰ de pſ̄. XXIII.

Incipit Tractatus de pſ̄. XXIIII.

In fine pſ̄ Dauid.

Chriſtus: ſed in ꝑſona eccleſie loqui-
tur. Nam magis ad populū chriſtia-
nū cōuerſum ad deū ꝑtinent q̃ dicunt̃.
**Ad te domine leuaui animā
meā:** Deſiderio ſpirituali: q̃ car-
nalibus deſiderijs cōculcabat̃ in
terra. **Deus meus in te cōfido non
erubeſcā.** Deus meus ex eo qđ in me cō
fidebam: ꝑductus ſum vſq̃ ad iſtam infir-
mitatē carnis: ⁊ qui deſerto deo ſicut deus
eſſe volui: a minutiſſima beſtiola mortē ti-
mens: de ſupbia mea irriſus erubui. Iam
ergo: in te cōfido non erubeſcā. **Neq̃
irrideant me inimici mei:** Neq̃ irri-
deant ne qui ſerpētinis atq̃ occultis ſug-
geſtionibus inſidiātes: et ſuggerētes euge
Alia lr̃a. euge: ad h̄ me deiecerūt. **Etenī vniuerſi
† ſuſtinent. qui te †expectant nō confundent̃.
Cōfundant̃ inique †faciētes va-
na.** Cōfundant̃ iniqua facientes: ad acq̄- Alia lr̃a. † agentes
renda que tranſeūt. **Vias tuas do-** ſupuacue.
**mine †notas fac mihi: ⁊ ſemitas tu-** Alia lr̃a.
**as edoce me.** Que nō late ſunt: nec mul † demōſtra.
titudinē ad interitū ducūt: ſed anguſtas ⁊
paucis notas: ſemitas tuas edoce me.
**Dirige me ī veritate tua:** Errores
fugientē: dirige me in ṽitate tua. **Et doce
me.** Et doce me: nam ꝑ meipſum non no-
ui: niſi mēdaciū. **Quoniā tu es deꝰ** Alia lr̃a.
**†ſalutaris meus: et te ſuſtinui tota** † ſaluator.
**die.** Neq̃ enim dimiſſus a te de paradiſo
⁊ in longinquā regionē ꝑegrinatus: ꝑ me-
ipſum redire poſſuz: niſi occurras erranti.
Nā reditus meus toto tractu tēporis ſecu
laris miſericordiā tuā ſuſtinuit. **Remi-
niſcere miſerationū tuaꝝ domine:**
Reminiſcere opeꝝ miſericordie tue domi-
ne: quia tanq̃ oblitum te homines putāt.
**Et q2 miſericordie tue a ſeculo ſūt.**
Hoc reminiſcere: quia miſericordie tue a
ſeculo ſunt. Nunq̃ eniz ſine illis fuiſti: qui
etiā peccantē hominē vanitati quidē: ſed ī
ſpe ſubiecisti: et tot tantiſq̃ creature tue cō
ſolationibꝰ nō deſeruiſti. **Delicta iu-
uentutis mee ⁊ ignorantie mee: ne
memineris.** Delicta ꝯfidentis audacie
mee ⁊ ignorantie mee: ne ad vindictā reſer
ues: ſed tanq̃ excidāt tibi. **Scđm mi-** Alia lr̃a.
**ſericordiā tuā †memor eſto mei de-** † memēto
**us.** Memor eſto quidē mei nō ſ̄m iram q̄ mei tu.
ego dignus ſum: ſed ſ̄m miſericordiā tuaz
que te digna eſt. **Propter bonitatem
tuā domine.** Non ꝓpter meritū meum:
ſed ꝓpter bonitatē tuā domine. **Dul-
cis ⁊ rectus dominꝰ:** Dulcis eſt domi
nus: quādo quidē ⁊ peccātes ⁊ impios ita
miseratꝰ ē: vt omnia ꝑora donaret: ſed etiā
rectus eſt dominꝰ: q̃ poſt miſericordiā vo-
cationis ⁊ venie: q̃ habet gratiā ſine meri-
tis: digna vltimo iudicio merita requiret.
**Propter hoc legē ſtatuit delinquē
tibus in via.** Quia miſericordiā ꝓroga
uit vt ꝑduceret in viam. **Diriget †mi** Alia lr̃a.
**tes in iudicio:** Diriget mites: nec ꝑtur- † māſuetos
babit in iudicio eos: qui ſequūt̃ voluntatē
eius: nec ei reſiſtēdo ꝑponunt ſuā. **Doce** Alia lr̃a.
**bit †manſuetos vias ſuas.** Docebit † mites.
vias ſuas: nō eos qui ꝑcurrere volunt: q̃ſi
ſeipos melius regere poſſint: ſed eos q̄ nō
erigunt ceruicem: neq̃ recalcitrant cū eis
iugū lene imponit̃: ⁊ ſarcina leuis. **Vni
uerſe die domini miſericordia ⁊ veri**

tas. Quas autem vias docebit eos: niſi
miſericordiā qua placabilis eſt: et veritatē
qua incorruptus eſt: Quoꝝ vnum ꝓbuit
donando pctā: alteꝝ merita diiudicando.
Et ideo vniuerſe vie domini: duo aduentꝰ
filij dei: vnus miſerantis: alter iudicantis.
Peruenit ergo ad eum tenens vias eius:
qui nullis meritis ſuis ſe liberatū videns:
deponit ſuperbiā: ⁊ deinceps cauet exami
nātis ſeueritatē: qui clemētiam ſubuenien-
tis exptus ē. Requirētibus teſtamē-
tum eius: ⁊ teſtimonia eius. Intel-
ligunt eñ dominū miſericordē primo ad-
uentu: ⁊ ſecundo iudicē: qui mites ⁊ man-
ſueti requirūt teſtamētū eius: cum ſangui-
ne ſuo nos in nouā vitā redemit: ⁊ i ꝓphe-
tis atq̄ euāgeliſtis teſtimonia eiꝰ. Pro
pter nomē tuū domine ꝓpitiabe-
ris peccato meo: multū eſt eñ. Nō
ſolum peccata mea donaſti: que anteq̄ cre
derē admiſi: ſed ⁊ peccato meo quod mul-
tum eſt: quia ⁊ in via nō deeſt offenſio: ſa-
Alia lra. † timet. criſicio contribulati ſpiritus: ꝓpitiaberis.
Quis eſt homo qui †timeat do-
minū: Unde incipit venire ad ſapiētiā.
Legē ſtatuit ei in via quā elegit. Le
gem ſtatuit ei in via quā liber apprehēdit:
Alia lra. ne impune iam peccet. Anima eius i
† hereditabit. bonis demorabit: ⁊ ſemē eiꝰ †here
ditate poſſidebit terrā. Et opꝰ eiꝰ he-
reditatē ſolidā inſtaurati corporis poſſide
bit. Firmamētū eſt dominꝰ timē-
bus eum. Infirmoꝝ eſſe videtur timor:
ſed firmamentū eſt dominꝰ timentiū eum:
Et nomē domini qđ glorificatū eſt ꝑ orbē
terrarū firmat timentes eū. Et teſtamē
tū ipſiuſ vt manifeſtet illis. Et facit
vt teſtamentū ipſius manifeſtet illis: quia
hereditas chriſti gentes ſunt: ⁊ termini ter
re. Oculi mei ſemꝑ ad dominū:
q̄ ipſe euellet de laqueo pedes me
os. Nec timeā ꝑiculoſa ⁊ terrena: dū ter-
ram nō intueor: quoniā ille quem intueor
euellet de laqueo pedes meos. Reſpi
ce i me ⁊ miſerere mei: quoniā vni
cus ⁊ pauꝑ ſum ego. Quoniā vnicus
populus: vnice eccleſie tue: ſeruās humi-
litatē quā nlla ſciſmata vel hereſes ſcidūt.
Tribulatiões cordis mei multi-
plicate ſunt: Tribulatiões cordis mei:
abūdante iniquitate: ⁊ refrigeſcēte carita-
Alia lra. † erue. te: multiplicate ſunt: De neceſſitatibꝰ
meis †educ me. Quoniā hec tolerare
mihi neceſſe eſt: vt ꝑſeuerans vſq̄ in finem
ſaluus ſim: de neceſſitatibꝰ meis educ me.
Uide humilitatē meam ⁊ labo-
rē meū: Uide hūilitatē meā: q̄ nūq̄ me
iactātia iuſticie ab vnitate abrūpo: ⁊ labo
rē meū quo indiſciplinatos mihi ꝯmixtos Alia lra.
ſuffero. Et †remitte oīa peccata mea. † dimitte.
Et his ſacrificijs ꝓpitiatꝰ: remitte oīa pec-
cata mea: non illa tm̄ iuuētutis ⁊ ignorātie
mee: anteq̄ crederē: ſed etiā iſta que iā ex
fide viuēs: ꝑ infirmitatē vel vite huiꝰ cali-
ginē admitto. Reſpice inimicos me-
os: qm̄ multiplicati ſunt: Nō ſolū eñ
foris: ſed etiā in ipa intꝰ eccleſia cōmuniōe
non deſunt. Et odio iniquo oderunt
me: Et oderūt me diligentē ſe. Cuſto
di aīā meā ⁊ erue me: Cuſtodi aīā
meā ne declinē ad imitationē eoꝝ: et erue Alia lra.
me a ꝑplexitate q̄ mihi miſcent. Nō †cō- † erubeſcā.
fundar qm̄ ſperaui in te. Nō confun-
dar ſi forte inſurgūt aduerſum me: quoniā
nō in me: ſed in te ſperaui. Innocētes
⁊ recti adheſerūt mihi qm̄ ſuſtinui
te dñe: Innocētes ⁊ recti: nō ꝑſentia cor
porali miſcent tantū ſicut mali: ſed cōfeſſi-
one cordis in ipa innocentia ⁊ rectitudine
adheſerūt mihi: quoniā non defeci vt imi-
tarer malos: ſed ſuſtinui te: expectans ven Alia lra.
tilationē vltime meſſis tue. †Redime † libera.
deus iſrael ex oībus tribulatioībꝰ
eius. Redime deus populū tuū quē pre
paraſti ad viſionē tuā ex tribulatōnibꝰ eiꝰ.
nō tm̄ quas foris: ſed etiā quas intus to-
lerat. Explicit Tractatꝰ de pſ. XXIIII.

Incipit Tractatus de pſ. XXV.

Ipſi Dauid.

Ipſi Dauid: nō mediatori homiī chri
ſto Jeſu: ſed homini eccleſie iam ꝑfe-
cte in chriſto ſtabilito: attribui poteſt.

Expoſitio prima pſalmi.

Iudica me dñe qm̄ ego ī in- Alia lra.
nocētia mea †ambulaui: Iu- † ingreſſus ſū.
dica me domine: quoniā poſt mi-
ſericordiā quā tu mihi ꝓrogaſti innocētie
mee: habeo aliquod meritū cuius viam cu
ſtodiui. Et in domino ſperans non
infirmabor. Nec tamē etiam ſic in me:
ſed in domino ſperans permanebo in eo.
Proba me domine ⁊ tēpta me:
Ne quid tamē occultoꝝ meorū me lateat:
ꝓba me dñe ⁊ tempta me: notū me faciēs:
nō tibi quē nihil latet: ſed mihi atq̄ hoībꝰ.
Ure renes meos ⁊ cor meū. Adhi-
be medicinale purgatoriū q̄ſi ignē delectio-